1405. in Majo vel in Junio Ex Orig. Arch. Reg. Poloniae

Dobrzyń

83

Quietatio Vladislai Regis de 50000 flor. rationi terrae Dobrinensi & Castri Złotoria per Magistrum Prussiae.

Nos Frater Conradus de Jungingen Magister generalis, Ordinis Beatae Mariae hospitalis Jerosolimitani de domo Theutonica universis. Recognoscimus per presentes quod ab illustrissimo Wladislao Rege Poloniae &c. summam & valorem quinquaginta millium florenorum Hungaricalium pro terra Dobrzinensi, & pro Castro Złotoria cum ipsius pertinentiis viginti quatuor centenibus sexagenarum Bohemicalium, in quibus eas tenuimus obligatas per manus Venerabilium in Christo Patrum dominorum Nycolai Dei gratia Archiepiscopi Gnesnensis, Alberti Poznaniensis, Episcopi Ecclesiarum

cancellarii Regni Poloniae, recepimus & solutas habuimus & habemus totaliter & ex pleno una cum Conpraeceptoribus nostris. Quem quidem illustrissimum Wladislaum Regem, quittum & solutum reddimus, ipsumque ab eisdem tenore praesentium quittamus, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Castro nostro Thorun feria quarta infra Octavas Penthecostes Anno Domini millesimo quadringentesimo quinto.

Ta kopia przepisana

Ta kopia przepisana z Originału
pargaminowego die 8. Novembris
Anno 1782. U dołu na Zawiasce
pargaminowey wisi pieczęci
kawałek

Ad I 1400 Anni